1203 ~~1299~~ 56

ad Quietationem praetera ultra praeinos Officij praen Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia praedis simplicibus vel triplicatis citationibus suspensionibus fatalis Juris peregrinatione terrestri bello conventioneq ac alys quibusvis Juris remedys et defensis non se tuendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante.

# Nasowiczowa Krainskim Coniugibus Donat.

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosa Martha Marianna, olim Spectabilis Alexij Kwiatkowski, cum olim Spectabili Anna Rudkowska procreata filia, primarum olim Generosi Stanislai Czaykowski, ad praesens vero secundarum nuptiarum Generosi Thomae Nasowicz Consors legitima, cum eiusdem mariti sui uti Baronis coniugalis atq Nobilium Nicolai Kwiatkowski, et Francisci Wolski, uti amicorum suorum proximiorum personali assistentia, et ultroneo ad infrarecognoscenda consensu, sana mente et corpore existens a Regnis Dominiis Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, realiter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac pereexpresse recognovit. Quia ipsa suo et Nobilium Stanislai et Annae Czaykowskich, olim Nobilis Stanislai Czaykowski primonis Mariti sui, secum Recognoscente procreatorum filij et filiae, minorennium, pro quorum ratihabitione cavet ac in se recipit inscribit nomine bona sua, et eorundem Czaykowskich filij et filiae suorum propria et haereditaria ipsi praescripta videlicet

Anteced

Sredniam Dechowskie seu Helenowskie nuncupatam in Suburbio
Leopoliensi sub Srednioslia trans portam Leopoliensem situm ad se
Recognoscentem modo haereditario post praefatos utrosque fratres pa-
rentes suos devolutam se seque Recognoscentem quovis modo conce-
rnentia, cum omnibus ad easdem domaniis, piscina, hortis, Czernia-
chowskie et Rewakowskie dictis, cum omni (…) bonorum iu-
re dominio proprietate haereditate, tituloque haereditario, omnibusque
et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, proventibus,
reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus attinentiisque
et pertinentiis universis, nihil ex praemissis iuris dominii pro-
prietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recogno-
scente suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu
excipiendo, uterum prout praemissa bona in suis metis
et limitibus extendunt et protendentur, et prout eadem bo-
na ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsaque
contenebant ac eis legitime serviebant. Iam ex nunc et de
facto Generosis Casimiro Stanislao Krainski, et Constan-
tiae Coniugibus eorumque posteris (:salua tamen exemptione
fundi Rewakowskie dicti apud quem et prout de Servien-
tio ubi in eo reservata:) dedit donavit inscripsit et resi-
gnavit, prout dat donat ac inscribit praesentium mediante irrevocabilis
Donationis inscriptione et resignat praesentibus, perpetuo et in
aevum irrevocabiliter. In quae quidem bona supra scripta
Sicut per se praefata donata et resignata, iam ex nunc et de facto
coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et
actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quem-
cunque competentem et Nobiles duos, quandocunque voluerint Officio-
se accedendo per ipsos Donatarios suos, eorumque posteros
habere eadem bona donata cum universis eorundem utilitatibus

et usu:

et usufructibus, competentiaque et pertinentiis quavis tenendi habendi
et possidendi illosque quiete et pacifice uti fruendi, ac ad suos suorumque
Successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectivali=
ter convertendi debebitque et tenebitur memorata Recognoscens praetacta se
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis, eisdem Gno=
sis Krainskim Coniugibus Donatarijs suis inscribit et obligat praefatos
ipsos et eorum posteros in dictis bonis donatis et ratione eorundem
bonorum ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunque
personarum, cuiuscunque conditionis status et sexus quicunque exi=
stent, per omnes Inscriptiones Terrestres, prout ad quamlibet per=
sonam Terrestris spectat et pertinet Inscriptio in omni Judicio
et Officio Regni semper tunc quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere et eliberare, indemnesque illum posteros reddere,
re, nec non Ipsa eadem bona donata ab omnibus in genere Juri=
bus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bo=
na donata modo quovis, cuicunque personarum factis et faci=
endis, item etiam a quibusvis Citationibus, super eadem bona
donata a quibuscunque personis importatis et importandis
Decretis denique et pertractis processibus Juridicis quibusvis in
quocunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio
vel Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis bonis
donatis perductis et perducendis emundare et eliberare, munda=
daque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam co=
ram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum per
donationem, dum per Ministerialem et Nobiles offerentes regni
res non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et
effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem
et usumfructum praemissorum omnium et singulorum non disturba=
re nec per suas quasvis submissas et subordinatas

fortas

sonas non impedire nec adimere, ipsosq; Donatarios suos et eo-
rum posteros in praemissis bonis donatis non iniuriari, verum eadem
bona donata et resignata ijdem Donatarij sui cum suis posteris
quiete et pacifice tenere habere et possidere quocunq; illaqueri
possint, idq; sub damnis Terrestribus, simpliciter absq; corporali
Juramento taxandis et edicendis per eanq; Recognoscentem
sive eius posteros praefatis Donatarijs suis aut eorum Successoribus
ob non completionem praemissorum omnium, tam in toto quam in
parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis.
Pro verea eadem Recognoscens debebit et tenebitur prout se
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
summisq; quibusvis pecuniarijs habitis et habendis eisq;
Generosis Krainolum Coniugibus Donatarijs suis, eorumq; po-
steris inscribit et obligat praesentibus, praefatos Illes Stanislaum
et Annam Krayewskich liberos suos, et quidem filium postquam
adoleverit, filiam vero postquam in matrimonium elocata vel
coenobium ingressa fuerit, cum a propria manu sive subscriptione
eius ad approbandam praesentem inscriptionem Donationalem
vel similem suo pro interesse faciendam adactam quibusvis
authenticis Regni perpetua vel in eventu mortis Successores
eorum adducere et personaliter statuere, ab eisq; vel eorum
Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere, idq; sub
similibus damnis Terrestribus simpliciter taxandis
per eandem Recognoscentem sive eius posteros praefatis Donata-
rijs suis aut eorum Successoribus, ob non statuitionem praefa-
torum Krayewskich filij et filiae suae ad exequenda praemissa
pro tempore et loco supra expressis ad solvendum suc-
cumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus sim-
pliciter absq; corporali Juramento taxandis et edicendis

modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali,
ex praemissis non completa complenda Generosi Nobiles Biaylowskie
liberis suis non statutis statuendis praedicta existens memorata
Recognoscens Generosa Rzeszowiczowa, cum suis posteris ad Instan-
tiam Generosum Gnosonem Krainolich Coniugum Donatariorum
suorum, sive eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Ca-
pitaneale Osvimiliense Citatione recepto se praesentare quo-
ad respondendum specialiter mediante semper in primo sta-
tionis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere
respondere damna praefacta Terrestria luere, Inscriptioni
praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebi-
tur ac suos Successores ad eaque omnia inscribit et obligat ad
illum primum Terminum et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios nec a infirmita-
te pro maiori minorennitate Successionem legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari admunimenta ad Auctorem vel alio qui Regni
dilationibus et eo legalibus impedimentis non differen-
do, ad Quietationem praestandam vel ad proximos Officij praesentis Castrensis
Capitanealis Osvimiliensis Terminos dilationem aliam non reci-
piendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo,
do, ac praemissa omnia primis simplicibus vel duplicatis exceptioni-
bus, suspensionibus fatalibus ... Terrestri bello convocatione-
que ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugi-
endo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali
cognitione ad praemissa mediante.

Vigore Laudi et Sabbatho ante Festum
Sancti Casimiri Confessoris proximo, 2/III
anno Domini, Millesimo, Sexcente-
simo, Sexagesimo, Nono, 1669
Siedliska Przymatowi Donat.
Donat.